Regula salvatoris : A 538

HS A 538

KUNGL. BIBLIOTEKET
National Library of Sweden

16,225

*A.538

B4857

Riks-Biblioth
STOCKH
Hand
№.

Incip
Virg
Cast

Ideo
null
Sed
re m
gent
aur
non
autē
salu
Et in
regu

nub
de b
Sub
coop
De
Md

B

1

Incipit regula sancti Saluatoris. bte Birgitte diuinitus reuelata De humilitate. Castitate et Paupertate Capitulum primum

Principium itaque huius relligionis et salutis. est vera humilitas et pura castitas atque voluntaria paupertas Ideo nulli licitum sit habere aliquod proprium. nullam omnino rem quamuis minimam Sed nec obulum quidem possidere vel attrectare manibus Nec auri quid habere vel argenti. nisi forte pro intextura alicuius operis auri vel argenti tactu opus sit Et hoc etiam non absque consilio et licentia abbatisse. Quam autem necessaria ~~de abbatissa~~ speranda sunt. scilicet Indumenta regularia. lectisternia. et instrumenta operis. nec quicque habeant quod regula non permittit De lectisternijs ~~sororum~~ ~~sororum~~ Cap. ij.

Sciendum est autem quod lectisternia regularia esse debent de straminibus. super illa vero habeant duo thoralia de burello sine lintheaminibus et culcitris. Sub capite vero habendus est cussinus tela cooptus. et ceruical similiter cooptum tela

De indumentis sororum Capitulum tercium

Indumenta vero sororum ~~erunt~~ sint due camisie de albo

Cap. 1. Addit.

Quid sit sororum pro ... Lib. 10 ... cap. ... Augusti ... reg. cap. 1.

de Abbatissa

Biblioth. Drieser[?] ... in velen 1829

Biblioth. Drieser[?], ... in Velen 1829

burello. vna ꝑpter quottidianū vsum. alia
ꝑpter lotionē. Vna tunica de burello griseo et
vna cucullā cui⁹ manice non longius q̄ȝ ad
sūmitatē medij digiti protendātur. Et depen
dentes sinus circa manū. quādo manualia
servicia exercebunt. cū nodo instar aliarū
manicarꝫ moderate ad brachia constringātur
Vnū eciā mantellum habendum est de burel
lo griseo. sicut tunica et cuculla. Quod q̄dem
mantellū non sit deforis corrugatū. nec accu
rate compositū. sed ex parte strictū et planū.
totū habens vtilitatis et vanitatis nihil.
Qd̄ eciā in estate debet esse simplex. in hyeme
vero suffocatū. non pellibus delicatis. sed ag
ninis vel ouinis. De pellibus eciā hmōi pel
liciū in hyeme haberi p̄t. Ipsum quoqꝫ mā
tellum ab vno palmo terram non ꝑtingat.
et nodo ligneo in pectore colligetur. Ad calcia
menta autē pedum. in estate habeant sotu
lares vsqꝫ ad talos. et pedulos vsqꝫ ad genua
In hyeme vero sotulares vsqꝫ ad genua
suffocatos burello. et pedulos eque altos. Or
namenta capitis erit vitta. qua frons et ge
ne circūdentur. et ex parte operiatur facies.
cui⁹ extremitates vna acus in occipite cōiū
gat. Sup̄ hāc ponat̄ velū de tela denigrata.

qd ne defluat tres acus adaptabūt. vna circa
frontē et due circa ābas aures Deinde super
velū ponatur corona de tela alba. cui assuātur
quinqz particule de pāno rubeo. quasi quinqz
gutte Prima particula sit in frōte. altera
in occipite. tercia et qrta circa aures. quīta
in medio capitis in modū crucis Hāc coro
nam vna acus in medio capitis stabiliet.
et capiti coaptabit Istā autem corō nā tam
vidue qz virgines portabunt in signū cōtinēcie
et castitatis. De horis diuinis sororum

Sorores omni die Caplm̄ quartū.
ob reuerenciā virgīs Marie cātabūt
solemniter horas ipsius cum trib9 lectionib9 Prior in Addit. cap. 6.
tam festis qm̄ priuatis diebus. Si eciā die
signo facto ad vespas. sorores cōueniant ad ī
uitem. et primo dexter chorus legat vnum
Aue mā. et inclinās se alteri choro, p̄fūde dicat.
Indulgete nobis, ppter deum et pyssimā matrē
eius mariā. si vos verbo vel facto. signo vel
nutu offendimus. nos enī si in vobis est aliqd
delictū contra nos libentissime dimittim9.
Et altero choro similiter inclināte et legēte.
veniāqz petente. sic attēdant ad vesperas
Ad finem vero oīm horaꝝ cantabūt antipho
nā Aue maria cū Collecta sub hac forma

Omps sempiterne deus· qui pro nobis de
castissima v̄gine nasci dignatus es· Fac nos
q̄sumus tibi casto corp̄e seruire· et humili mē
te placere Oramus et te pijssima virgo ma
mūdi regina et angeloꝝ· vt eis quos purga
torius examinat ignis ī petres refrigerium·
peccatoribꝰ indulgenciā· iustis in bono p̄seue
rancia· nos quoqꝫ fragiles ab instantibꝰ defē
de piculis Per christū dnm nostrum Amē
Omnibꝰ quoqꝫ diebꝰ festiuis et priuatis missa
de btā virgine maria per sorores cantetur
Et omni sabbato sorores post missam beate
virginis cantabunt Salue regina

De silencio Capittulū quintum

Ad Obseruandam grauitatē silencij a sū
mo mane vsqꝫ post missam cantatam
de btā virgīe· nulli loqui aliquid licitū sit· nisi
in casu necessitatis· et de licēcia abbatisse. Fi
nita autē illa missa in locis debitis inter ho
ras ~~debitas~~ vsqꝫ quo legētur bñdictiōes mēse·
de collatione spūali et obseruācia ordīs. ac de
quibuscūqꝫ vere necessarijs· licēcia loquendi
conceditur Scurrilia vero et ociosa verba
in omni loco· oīqꝫ tpe penitus caueātur Dein
de lectis gratijs in eccliā· inter se sorores loqui
possūt donec vespas incipiāt Et tūc eciam

Vide in Addi. cap 17.

silentiū donec grās post cenā in ecclīa legerit
sollicite est tenendū Illo quoqʒ modico īterual
lo qđ est inter grās et collationē. loquendi
licencia cōdonatur Incepta vero collacōē
omni studio silentiū teneatur donec in die
sequenti [illegible] missa cantata fuerit.
de btā vgine gloriosa Et ad oīa silencia iā
conscripta sorores vniūsaliter astringātur.
pter illas que ad officia talia deputantur.
que sine loquela cōpetenter non pnt exequi.
Oīa enī rōnabiliter debent fieri. et vt occasio
a prauis excludatur Qđ nulli liceat īgredi
monasteriū Cap. vj.

Remota oī occasiōe
cuiuscūqʒ necessitatis siue supplicatio
nis. nullus secularū viroꝝ seu mulierū
nullus religiosoꝝ seu alioꝝ clericoꝝ. clau
stra monasterij monialū ingrediat Collo
quiū quoqʒ oīm nisi certis tpib9 eis īterdicit

Quib9 dieb9 et modis licet moīalib9 loqi
ad cratem psonis secularib9 Cap. vij.

His autē tpib9 moniales secularib9
loqui possūt. semp tamē sint asso
ciate. et de licencia abbatisse loquātur. scʒ a
nona vsqʒ ad vespas et hoc tm̄ dnīcis dieb9.
et magnis festiuitatib9 scōꝝ. non tamē exeū
do. sʒ ad fenestras sedendo. Nulli etiā post introi

^ deputatas

tū suū licebit de monasterij claustris exire

Si qua forte a parentib9 vel amicis honestis
charis videri desiderat. aperire potest fenestrā
[illegible] Si autē non aperit [illegible]
eo copiosior merces ei repromittit in futuro

De Jeiunijs monialium Caplm̄ viij

In aduētu ōēs in cibis quadragesimalibus ieiunabūnt vsq3 ad diem natiuitatis dn̄i Feria quoq3 sexta prima ante dn̄icā quīq̄gesime. ieiunare incipiāt in cibis quadragesimalibus vsq3 ad pascha Feria vero sexta prima post ascensionem dn̄i vsq3 ad festū penthecostes ieiunabūt in piscib9 et lacticinijs A festo aūt exaltatiōis scē crucis ieiunabunt vsq3 ad festū scī Michaelis in piscib9 et lacticinijs A festo etiam oīm scōz vsq3 ad aduētum dn̄i ieiunabunt in piscib9 et lacticinijs His autem dieb9 infrascriptis debent ieiunare in pane et aqua. scz ante q̄ttuor solēnitates bte [illegible] marie. Purificationis. Annūciationis. Assūptiōis. et Natiuitatis. In vigilijs oīm aplōz hoc excepto q vbicūq3 duo apli in vna solemnitate cōbinātur. vt puta Petri et pauli. Philippi et Jacobi. Simonis et Jude. Jeiuniū vnius diei stabit pro ābob9 Joānis ante portā latinā. Joānis baptiste.

de licētia abbatisse et hoc alij quoties in anno

beati

sancti Michaelis archangeli · Omnium sanctorum Parasceues · Et ante solemnitatem corporis christi · His diebus omnes in pane et aqua ieiunabunt Et in vigilia beati Augustini cuius regulam profitentur Et est sciendum quod in omnibus ieiuniis excipiende sunt egrote et antique. sic et taliter · quod in ieiuniis ecclesie. forma ecclesie servetur In ieiuniis vero istarum constitucionum excipere et dispensare possit abbatissa secundum suam discretionem Illis quoque compatiendum est. que intelliguntur ad peragenda officia sua vere debiles existere dum ieiunant Ceteris autem temporibus totius anni in omni hebdomada quater vescuntur carnibus scilicet die dominica · die lune · die martis · et die iovis In cenis autem horum dierum piscibus vescantur et lacticiniis Die autem mercurii abstinebunt a carnibus tam in prandio quam in cena · licebit tamen illo die vesci piscibus et lacticiniis In sextis feriis totius anni ieiunabunt in cibis quadragesimalibus Sabbatis quoque in lacticiniis et piscibus ieiunabunt Preterea omnibus aliis ieiunalibus diebus secundum statuta ecclesie ieiunabunt

De modo receptionis monialium ad istum ordinem Capitulum nonum

Si qua ad religionem suscipi rogaverit. nunquam ante unum annum integrum recipiatur · sed dicatur ei primo Revertere ad

nos post tres menses. interim deliberabimus de te. Cumque statuto tempore redierit. inquirat ab ea abbatissa. quo desiderio petit relligionem. quibus ve vinculis tenetur in mundo. et auditis causis eius et proposito dicatur ei. Filia quandoque sub specie boni latet falsitatis laqueus. et inconsideratio futurorum multos supplantat Reuertere ergo ad nos post aliquos menses. et ostende nobis desiderium tuum si perseuerat in bono Reuertente ergo illa et humiliante se sicut prius predicentur ei dura et aspera ordinis. contemptus mundi et obliuio parentum. Que omnia si se seruaturam promiserit. tunc circa finem anni omnis congregatio consentiet in eam. Que si talis persona fuerit. quod de eius vita non est dubium. in ipso principio petitionis eius. omnes consentire possunt in eam. Sed ante annum ad introitum et professionem. seu habitus receptionem nullatenus admittatur. Et tunc in fine anni quando recipitur. vtraque pars renunciet anno probationis. qui consueuit fieri in alijs relligionibus infra monasterium. Adepto itaque consensu ingressionis mittatur pro episcopo diocesano qui rogatus veniens consecrabit eam. Sed antequam presentetur episcopo consecranda tondeatur capillus ab abbatissa secundum morem monialium. Veniens autem episcopus. vel alius episcopus de licentia

sua. vel alterius qui iurisdictionez ordinariā
tūc habet in illā diocesi descendat ad ianuā
ecclie. et eam que relligionē ingressura est
expectantē Epūs ante fores ecclie īterro
get dicens Es tu libera. et ab oī vinculo ecclie
īmunis scz coniugij. voti. et excōīcacionis Que
si responderit Vere libera sum Subiungat epūs
Nunquid pudor aut forte dolor mūdane advē
sitatis cōpellit te ad relligionē. aut forte
copia debitorū tuorū non solutorū coartat te
Respondente illa Nequaquam dolor seu pudor
aliquis incitat me ad ista. sed feruēs amor
christi. et oīa debita mea iuxta facultatē
meam iam solui Tūc adhuc addat epūs Pe
tis igitur ingressū huius relligionis In noīe
Jesu chrī et in honore sctissime matris eius
Marie vgīs Dicente illa Peto Introducat eā
tūc epūs in eccliaz dicens Ecce nūc illa dig
ne ingreditur hāc relligionem Et cum in
greditur eccliaz feratur ante illā vexillū
rubeū in quo imago corporis chrī passi depicta
sit ex parte una. et imago bte virginis ex
parte altera. vt aspiciēs noua sponsa signū
noui sponsi in cruce passi. discat paciēciam
et paupertatē. et aspiciēs vgīnē matrē discat
castitatē et humilitatē Introducta igitur

illa in eccliaz. Statuat circa fores ecclīe et epūs
in aliam partē modicū ab ea secedēs ꝯsecra
bit anulum eius Attensis autē duabꝰ faculis
que ante vexillū ante eam accēse portabūt
et ardebunt q̄ʒ diu missa celebratur. dicat
Epūs hanc oratioēz Omnips sempitne deus qui
desponsasti tibi sponsam nouā in misericor
dia et miserationibꝰ. benedic anulū istum
vt sicut exterius famula tua signū noue spō
se portat in manibꝰ sic interius fidem tuā
et charitatem portare mereatur In noīe
patris et filij et spūs scī Amen Deinde bene
dicto anulo. Epūs appropiquās ad famulam
dei dicat Tu debes pmittere deo et mihi ex
pte eiꝰ te obedire p̄latis tuis. et scdm regulā
sancti Augustini. et ꝯstitucioēs istas btē
Birgitte viuere vsq ad finem vite tue Et tūc
monialis vel frater recipiendus rñdeat sic
Ego soror vel frater N. facio pfessionem
et promitto obedientiā deo oīpotenti et btē
Marie sp vgini. btō Augustino. et btē Birgit
te et tibi Epō ex parte eoꝝ et Abbē aut genera
li cōfessori monasterij si frater est. et succes
soribus tuis: viuere sine pprio. et in castitate.
scdm regulā sancti Augustini et Constitucioēs
btē Birgitte vsq ad mortē Tunc subiūgat

Et

Epūs Tali intencioē oportet te dare fidem deo tuo et vouere. vt nihil oīno sicut deū tuū diligas. et toto desiderio ɔ̄uenit tibi assentire in ipsum Tunc respondeat illa Assentio in deū meū toto corde et tota mēte offerens me illi in oī simplicitate cordis Cui sic iterum respondeat Epūs. Et ego ex parte dei oīpotētis et vnigeniti filij eiꝰ dn̄i nr̄i iesu chr̄i assentio in te Et legat istā orōnem Deus oīpotēs iesus chr̄us. verus deus et verus homo. qui in vterū virgīs descendere dignatꝰ est. firmetur in aīa tua et tu in ipō In noīe prīs et filij et spūs sancti Amē Deinde imponat anulum digito dextere manus eius dicēs Benedico te in sponsam dei. et in ꝑpetuā eiꝰ possessionē In noīe patris et filij et sp̄s s̄. Amen Post hec epūs accedens ad altare incipiat missam cantādo de s̄tā trinitate. et famula dei interim stabit inferius iuxta sanctuariū Cū autē incipietur offertoriū. ipsā ꝓcedens ad altare offerat. et statim redeat ad locum suū Dicto vero offertorio. vestimēta eius que regula iubet habere ꝑparata a ɔ̄uentu. apportentur ad altare ante epm̄. que ipse bn̄dicet legens istā orōnem Dn̄e iesu chr̄e qui non vis mortē pcc̄ōrū. sed desideras peni

tēciam: q̄sumꝰ clemētiā tuā. vt hec vestimē
ta que in signū hūilitatis et penitēcie. hec
famula tua ferre ꝓponit. tu benedicere digne
ris. vt vanitate huiꝰ seculi relicta te per verā
hūilitatē induere mereat̄. In noīe pr̄is ꝛc̄.
Vestimētis ergo sanctificatis. vnus clericoꝝ
vocabit famulā dei ad altare ante episcopū.
Que nudis pedibꝰ incedens. et exterioribus
vestimētis ante altare se exuens. in vna tu
nica remaneat. ꝯsecratū habitū susceptura
Deinde induat̄ per epm̄ tunica regulari dicēte
epō. Deus omp̄s det tibi verā penitēciam
in tua ꝯsciā. et ꝯstaīn ꝯtricioēz in corde. In no
mine pr̄is ꝛc̄. Deinde ipsa muniat pedes suos
sotularibꝰ dicēte epō. Dn̄s noster iesꝰ christꝰ
faciat rectū gressum pedibꝰ tuis. et det tibi
sic ꝓcedere in viam salutis. vt nūq̄ amplius
consencias pc̄tō. donetq̄ tibi de pc̄tis cōmissis
emendacionem verā. et de futuris cautelā.
In noīe patris. Cū autē induit̄ cucullā
dicat epūs. Dn̄s iesus christꝰ spes oīm chri
stianoꝝ. det tibi spem et fiduciā in tuo aīo.
vt sic speras de dei misericordia. q̄ non obliui
scaris iusticiam eiꝰ. et sic timeas eiꝰ seuerita
tem. q̄ non obliuiscaris eiꝰ pietatē et bonita
tē. In noīe pr̄is ꝛc̄. Deinde aptato mātello di

cat eps. Dns deus ops principium vere fidei
corroboret et cõfirmet aĩaz tuã in vera fide. et
det tibi que credẽda sũt credere. et usq ad finẽ
vite in bono incepto psistere In noĩe patris &c
Deinde cõiungat' mantellus cum nodo ligneo
dicente epo Dns noster iesus christus qui ppt
nimiã charitatem qua dilexit nos ligno cru
cis affixus est. et amarissima morte dãnatus.
ipse aiãm tuã cõfigat et transuerberet meõ
ria passionis sue. ut charitas tua ad solum
deũ ferueat. et ignis charitatis diuine am
plexans te tribuat tibi requiẽ in suo bñdicto
brachio. in quo oẽs sancti requiescũt In noĩe
pr̃is &c Postea ipsa velabit caput suũ vitta
epõ imponẽte eã et dicente Dns nr̃ iesus
christus sit aĩe tue in umbraculũ et refrigeriũ
ut nulla ei nociua nocere valeãt In noĩe pa
tris. Imposito aũt velo dicat epũs Dns
iesus xp̃s det intellectui tuo spũale lumen
et sapiẽtiam. ut terrena oĩa et que aĩe tue
sunt nociua ante oculos tuos sint mortua
et via que ducit ad celestia illuminet' ante
aĩaz tuam. qtenus eũ qui te elegit cognoscere
possis In noĩe pr̃is &c. His finitis reuerta
tur famula dei ad locũ ubi stabat prius et
epũs psequat' missam suã Credo cũ vene

Et quia nec vitta nec velũ fr̃ibus imponitur
Epũs manus super caput eorũ cũ eisdem verbis
ponit qbus sororibus imponũtur vitta et velũ

ri t ad partem illā misse in qua sacerdos in
sponsali missa solet se cōuertere· et benedicē
sponsum et sponsam· cōuertat et ipse se Epūs.
et vno clerico vocāte famulam dei ad altare· īponat
ei coronā sup velū dicens Dn̄s nr̄ iesꝰ chrꝰ
stabiliet signū suū in te qd̓ capiti tuo impo
no· et dirigat volūtatē tuam in oībꝰ que nūc
vouisti· vt firma sis et cōstans· et faciat te co
ronari corona leticie· iuxta benignā volū
tatē suā· vt ei qui in tribꝰ psonis est vnus
deus vniatur inseparabiliter aīā tua In
noīe patris ꝛc̄ Deinde epūs mittat aīū in
coronam dicēs Iesus christus ꝯfigat dile
ctiōe sua cor tuū et aīaz, vt nullius temtaciōis
stimulos expauescat In noīe patris ꝛc̄ His
finitis reuertatur famula dei ad locū suum
priorē· vsq ad finem misse Qua finita vnꝰ
clericoꝝ vocet eam ad altare dicēs Pcede spō
sa christi ad altare christi Ipā igitur pcedens.
humiliet se ad veniā sup faciē suam Et epūs
flexis genibus cū clericis suis legat letaniā
orādo oēs sanctos pro famula dei Finitis autē
letanijs Epūs surgēs ad famulā dei attēdat
prostratam et legat super eā absolucioēm
pctoꝝ Et sic absolucioē pcepta· illa surgens
sumat corpus chrī Quo sūpto quattuor sorores

apta ianua qua faũla dei intratura est. ex
eant celeri⁹. et feretrũ qđ terra supiecta añ
ianuã ante ĩchoatiõez misse statuendũ est
inferant monasteriũ. Deinde epũs accedens
ad eandem ianuã subsequẽte faũla dei cũ
duabus famulis. et clericis hymnũ Veni
creator spũs decantantib⁹. assignabit eã abbẽ.
expectanti ad ianuã cũ cõuentu. dicẽte epõ
abbẽ hec verba. Ecce coram deo et sctĩs
omnib⁹. et in facie sancte ecclĩe cõmendo ani
mã istius sponse dei in manus custodie tue.
que si per negligenciã tuã lapsa fuerit. spõs⁹
suus Jesus christus requiret eam a te. Con
serua igitur et custodi depositũ dei. vt cum
ratiocinatio queretur. eam sanctiorẽ reddas.
quã sanctã suscepisti. Cui respondeat Abbã
Grandis thesaurus est iste pater charissime.
et labor difficilis nec ad ista vires mee suppe
tunt. Verũtamen p̃cibus tuis adiuta. et de
adiutorio dei cõfidens. faciã qđ iubes. Et sic
faũla dei ꝓtinus introducta claudatᶻ ianua
et ipsa statim ducatᶻ ad Capitulũ. et deinde
per octo dies nulla arcabitur disciplina.
sed inferi⁹ stabit in choro. Completis autẽ
dieb⁹ octo astringatur sicut cetere ad obseruã
ciã ordĩs. et iuxta vltimã in choro et in mẽsa

statuatur

De numero sororum et fratrum et conversorum Capitulum decimum

Sorores erunt sexaginta et non plures que clericos habebunt qui quottidie de tempore missam et officium quod habetur in ecclesiis cathedralibus illarum terrarum in quibus huiusmodi monasteria sunt decantabunt. Ipsi quidem a monasterio sororum omnino sint separati unam per se habentes curiam in qua habitabunt et de curia introitum in ecclesiam et chorum inferiorem habebunt. Chorus vero sororum erit superius sub tecto ita tamen quod sacramenta videre et officia audire valeant. Ipsi quidem sacerdotes debent esse tredecim iuxta numerum tredecim apostolorum quorum Paulus tercius decimus non minimum laborem sustinuit. Deinde quatuor diaconi qui etiam sacerdotes esse possunt si volunt. Et ipsi figuram habent quatuor precipuorum doctorum Ambrosii. Augustini. Gregorii. et Hieronimi. Deinde octo laici qui laboribus suis clericis necessaria ministrabunt. Computatis igitur sexaginta sororibus. tredecim sacerdotibus. quatuor diaconibus et octo eorum servitoribus. tantus omnium personarum erit numerus quantus erat tredecim apostolorum et septuaginta duorum discipulorum

De habitu sacerdotum et fratrum. Capitulum xi

85

Sacerdotes omnes et fratres duo subtunicalia

alba de burello et unã tunicã de griseo bu-
rello habere possunt. et cucullã de griseo bu-
rello cui assutũ sit caputiũ. et super cucul-
lam mantellũ de griseo burello Pellicium
quoqꝫ et foratura sub mãtello de pellibus
agninis vel ovinis dũ necesse fuerit habeã-
tur Ipsi quidẽ sacerdotes tredecĩ ob reverẽ-
ciam passionis chr̃i portabũt in mãtellis
suis ad sinistram partẽ crucẽ rubeã de
pãno assutam et in medio crucis modicũ
rotundũ albi pãni ꝓpter mysteriũ corpis
chr̃i qđ quottidie ĩmolant Diaconi autem
quatuor portabũt in mãtellis suis circu-
lum albũ ꝓpter incõprehensibilẽ sapiẽciã
q̃tuor doctoꝝ quoꝝ figurã gerũt In quo cir-
culo q̃tuor particule rubee facte in modũ
linguaꝝ assuantur Quia sp̃us sanctus ĩflã-
mavit eos de excellencia deitatis de myste-
rio ĩcarnacionis ihesu chr̃i de vanitate et ꝯtẽptu
mũdi de p̃miis iustoꝝ et de penis malorũ
Frẽs autẽ laici in mãtellis suis crucẽ albã
portabũt ꝓpter ĩnocenciã in qua cruce sint
q̃si quinqꝫ ꝑticule rubee ob reverẽciã quinqꝫ
vulnerũ chr̃i Sacerdotes vero et frẽs habeãt
calceos usqꝫ ad talos et caligas in estate In
hyeme autẽ sotulares suffforatos burello ꝛ

caligas Et est sciendū q̄ isti frēs nunq̄ꝫ debēt
esse plures in mōsterio q̄ꝫ vigītiquīqꝫ· qui eodem
modo et eisdem bn̄dictionib9 per epm̄ recipiēdi
sunt et cōsecrādi quib9 sorores. excepto q̄ pro
ānulo recipiet epūs man9 fratrū cum bene
dictioē qua imponit sororibus anulus Et
pro velo īponat epūs man9 suas sup̄ capita
eoꝝ eisdem verbis quib9 īponit sororib9 ve
lum· Pro corona vero fiat crux cū bn̄dictioē
sororib9
qua īponitur corona Tonsurā etiā habeāt
frēs sicut in alijs monasterijs Post missā
aūt locabit eos epūs in curiā fratrū de qua
nūq̄ꝫ egredietur nisi in ecclīaꝫ· nisi in gra
ui et inevitabili casu necessitatis De elec
tioē abbē et cōfessoris generalis· Cap̄· xij

Abbatissa eligatur a cōuentu electa
vero legitime ab epō cōfirmet Que
ob reuerenciā btīssime vḡis marie· cui hic
ordo dedicatus est. caput et dn̄a esse debet.
q̄a ipsa vgo cui9 abbā gerit vicē in terris.
ascendente christo in celos. caput et regina ex
titit aploꝝ et discipuloꝝ chr̄i. Abbatissa etiā
vnū de tredecim sacerdotib9 in quē ipā vna
cum omni cōgregacioē soroꝝ et fratꝝ ꝯsen
tit. in confessorē oīm eligat Ipsū q̄ꝫ epūs
generalem Cōfessorē monasterij ꝯstituat

et confirmet. Cui auctoritate ligandi atque sol
uendi. corrigendi et reformandi plenarie ab
episcopo concessa. Omnes sacerdotes et fratres. sicut so
rores abbatisse in omnibus obediant. contra preceptum
eius nihil omnino. vel ne minimum quidem facientes
Qui tamen generalis confessor preter iudicia
fratrum et conseruationem ordinis absque consilio
abbatisse nihil omnino faciat. Que quia caput mo
sterii est. de negocijs et bonis monasterii
ordinandis est consulenda. De officio predi
cacionis et confessionis Capitulum xiii.

Sacerdotes vero isti tredecim tantum
modo diuino officio. studio que et oratio
ni vacare debent. nullisque alijs se impli
care negocijs vel officijs. Qui quolibet omni die
dominica. euangelium illius diei in ipsa missa.
omnibus audientibus in materna lingua expo
nere teneantur. Cunctisque solemnitatibus
quarum vigilias seu profesta ieiunant in pane
et aqua. atque alijs quibuscunque festis vigiliam
habentibus debent publice predicare. Confesso
ri etiam generali ad minus ter in anno omnium
sororum. sacerdotum et fratrum conscientie per confes
sionem patefiant. Et quia omnium conscientie pluries
in anno sunt purgande per confessionem. licitum sit ipsi gene
rali confessori de duodecim sacerdotibus

quotiens voluerit eligere ad confessiones audien-
das. qui omni die ad satisfaciendum de hoc sa-
cramento unicuique confiteri volenti sint parati

Quibus diebus moniales communicare debeant. Cap. xiiij

Omnibus diebus festiuis quorum vigilie
vel profesta in monasterio ieiunantur in
pane et aqua. Et in cena domini. et in die pasche.
ascensionis. penthecostes. et natiuitatis domini.
omnes communicabunt. Alie autem moniales quibus deus
maiorem deuotionem inspirauerit. si feruenti
desiderio petunt cum consilio confessoris sui
omni sabbato possunt communicare. De capitulo tenen-
do et de pena proprietariarum. Capitulum xv.

Omni quinta feria teneatur capitulum.
vbi si que deliquerit in aliquo corrigatur.
Soror autem que in infirmitate deprehenditur
aut confitetur aliquid habere proprium absoluatur
quidem a confessore. sed penitentiam debitam susti-
neat et compleat recepta sanitate. Illa vero
que sana est. et deprehenditur habere quid proprium.
nec seipsam prodiderit. et tribus testibus fuerit conui-
cta. sedebit in pauimento. habitura prima
die capituli. scilicet quinta feria prebendam sicut alie
sorores. et feria sexta sit in pane et aqua. Istis
etiam duobus diebus non ingrediatur ecclesiam.
et horis quibus opus dei celebratur in ambitu

manens et nulli sororum aliquid loquens. omnium exeuntium de ecclesia vestigijs se provoluat. Vespris autem dictis in sexta feria. exeunte conuentu in ordine suo. Abbatissa sequens conuentum cum ad illam monialem iacentem in pauimento venerit erigat eam. et data manu ducat ad altare in choro sororum sequente conuentu et orante pro ea. vbi absolutione percepta a sacerdote extra ad cratem existente. reuertatur ad ordinem suum Si autem aliqua moriatur huiusmodi proprium nec confessa fuerit. loto corpore eius et posito in feretro portetur ante fores ecclesie. et dicat abbatissa Hec per proprietatem fallente diabolo grauiter contra deum et ordinem peccauit. Oremus igitur pro ea. vt remittat ei deus peccatum hoc. quia misericors est. et dicto ab omnibus Aue maria absoluatur a confessore Deinde corpus eius statuatur in medio chori sororum. et circa finem misse portetur a sororibus ad ianuam ecclesie. qua aperta fratres ingredientes deferent corpus. et debito modo sepeliatur Quod non recipiant moniales iocalia et alia dona. Capitulum xvi

Si aliqua dona seu iocalia a parentibus vel amicis alicui transmissa fuerit neque suscipiatur propter votum et professionem sanctam. Et nec ipsa abbatissa licentiam habendi

praesente conuentu audiente,

Regula manuscripta et sigillata habet (Et confessa fuerit) concordat codex antiquo anno 1479.

aliquid proprium alicui concedat. licet a paren-ti
bus eius cuiuscumque dignitatis existunt. super
hoc sollicitata fuerit. quia sicut a scintilla ge
neratur ignis. sic a proprietate dampnatio. quod lauda
bilem in monasteriis rescindit unitatem. et eorum
corrumpit equitatem. Caueat ergo sollicite ipsa
abbatissa ne quasi libera utens potestate. hoc delecte
tur pretereo. aut notabilis in habitu pre ceteris
appareat. quia quanto prelata ceteris. tanto sol
licitius debet precepta regule obseruare

De constructione monasterii et dotacione. et qualiter omni anno computatis expensis monasterii. omnia superflua pauperibus ~~largiantur~~ [erogantur] Cap. xvii

Construenda quippe primum est ecclesia.
et monasterium sororum. atque curia sacerdo
tum in suis locis ut dictum est superius. et postea
introducendus est [ibi] conuentus. Et si fundatores
[forte] in breui plene totum monasterium et curiam perficere
in edificiis nequierint. tunc omnino cauendum est.
ne umquam ibi instituatur conuentus. antequam in
tantum fabricate fuerint ibi tante domus et edi
ficia. quod sine tribulacione et metu possint mo
niales et fratres intus inhabitare secure. Sed
nec pauciores sorores antea ibi introducende
sunt. quam ut sufficientes sint ad officium suum de
cantandum Nec pauciores sacerdotes. quam qui
[sint]

ipsi etiam ad cantādū omni die de tpe offi
ciū sint valētes Tūc autē libere in mōste
rio collocētur. et postea tot alie psone qd nu
merus pnoiatus sororum et fratrū cpleatur
Deinde postqz mōsteriū cōstructū et dotatū
fuerit per fundatores vel fūdatrices ad
sustētatōez pdicti numeri dictarum psonarum.
taliter qd tam in āno fertili qz sterili habeāt
puentus et redditus sufficiētes. et etiā ad
supportatōez onerū prefatorum. nequaqz postea
ab alijs intrantibus ipm mōsteriū. seu ab
alijs psonis pdia vel redditus eidē mōsterio
tribuātur Nam qn aliqua psona in ipso
mōsterio fuerit mortua. recipiatur alia
loco eius. scdm ordinē supradictū. Sz vesti
mēta psone mortue. vna cum pbenda eius
in cibo et potu oī die quousqz alia in locū
suū intrauerit pauperibus erogentur. Ante
festū oīm scōrum ānuatim cputari et psa
ri debent victualia et necessaria āni sequentis
Et oīa que tūc remanēt de victualibus seu
de pecunia āni tūc instantis in crastino
oīm scōrum. hoc est in die cmemoratiōis aīarum
pauperibus indigentibus largiātur. Et ppter
hoc non oportet mōsteriū aliqua hospi
talitate grauari Cauēdū est etiā qd si aliqu

x Sensus obscurus victualia sequentis anni videntur non sufficere.
tunc de pecunia et victualibus imminentis anni
tantum sequenti anno addatur quantum necesse est
et non plus. si abbatissa anime sue periculum vo-
luerit evitare. Et postea quicquid remanserit
egenis tribuatur. Quotienscumque vero nova
vestimenta assumuntur. vetera pauperibus ero-
gentur. Sciat etiam abbatissa quod si plures domos
fabricari fecerit. quam inhabitancium monasterium
vera necessitas exigit. sive etiam domos super-
bas construi fecerit. tam grave sibi hoc depu-
tabitur peccatum. sicut si a pauperibus christi victum
et vestimenta per violenciam spoliasset. De-
inde cum offert aliquis filium suum vel filiam in
monasterio ~~pro~~. aliquid (si sibi placet) offerat
monasterio pro elimosina. sed non redditus
aut predia. Postquam monasterium iam fuerit suffi-
cienter dotatum. de prediis tempore dotacionis monaste-
riis prius datis. Sed ne vacue appareant
in conspectu dei sui. decens est quod offeratur aliquid.
35 Oblacio autem illa non sit coacta. nec a conventu
prefixa aut pactionata. sed sit in voluntate et
beneplacito offerentis. ut quantum poterit vel
voluerit dare. cum graciarum actione recipiatur.
Persone autem que ex toto sunt pauperes. etiam
si nihil offerant gratis recipiantur. Porro

q̄cūq; sic oblata fuerit nullaten⁹ in vtili
tatē mōsterij cōuertant. sed paupib⁹ et eccle
sijs indigētib⁹ erogent. nisi forte tūc mōste
riū legittima et ineuitabili necessitate co
artetur. Preterea a quocūq; aliq̄ cōuentui
oblata fuerit. p̄ter oblatiōē psonaꝝ relli
gionē intrātiū. que vacue non debēt īgredi
nullaten⁹ suscipiāt. Si vero cōuent⁹ le
gitima et intollerabili necessitate grauat⁹.
oblata recipe cōpellitur. tūc attendatur
puide et curiose inq̄rat. si forte illa oblata
sint de male acq̄sitis. et habita deliberatiōe
sup hoc dicat abbā offerenti Preceptū no
bis est nihil debere recipe. nisi de certis
et bene acq̄sitis. Rogo te reuerte⁹ tali die
et examinata sollicite oblatōē tua offer
eā deo tuo corā testib⁹ Quo reuerso cum
testimonio. recipiatur oblatio ei⁹ et cōuen
tus orabit pro eo. et inter benefactores re
putet. Si autē dubiū est. vtrū illa oblata
bene acq̄sita sint an male. alijs sic sentiēb⁹
alijs vero sic nullaten⁹ suscipiāt. quacūq;
necessitate cogēte. tamē volūtate ei⁹ indi
cata cōuentui. orabūt oēs pro eo ꝓpter cha
ritatē Qui vero ex feruenti desiderio of
ferūt aliqua cōuentui. nec tū conuictus

eis indiget. ditatur eis a cōuentu Nos quidē liben
ter suscipim9 dona tua. et te in charitatem
nostrā colligim9 Verū quia istis tuis obla
tis non īdigem9. suademus tibi et humiliter
supplicam9. vt oblata ista ex parte nrā sub
nrō noīe tribuas pauperib9 aut ecclesiis
quibus tibi dicem9 Et si hoc pmiserit et fe
cerit. peticio ei9 exaudiatur. scz q particeps sit
orōnum conuent9 De numero altariū
et ornamētorum ecclie Capitulum xviii

Sciendū est etiā q tredecim debēt esse
altaria. et qdlibet altare vno calice
cōtentet. Summū vero altare duos calices
habeat cum duob9 paribus āpullarum et duo
bus parib9 cādelabrorum Vnā quoq ~~pixidem
pro corpe xpi~~ crucē. et tria thuribula. quorum
vnū habendū est pro singulis dieb9 ferialib9
duo vero in festiuitatib9. et vnā pixidem
pro corpe xpi Insup oīno caueatur ne plu
ra de argēto vel auro in possessiōe habeātur
mōsterii Nam nec aurum nec argētū nec seu gem
mas. sed grāz diuinā cōtinuis studiis deuo
tis orōnib9 et diuinis laudib9 sibi coaceruā
bunt pro thesauro Licebit etiā reliquias sctōrum
auro vel argēto . seu gēmis scdm ipsarum men
surā sine aliqua supfluitate operiri Libri

cꝫ quotqꝫ necessarij fuerit ad diuinū officiū
pagendū habendi sūt. plures autē nullo
modo Jllos vero libros habeāt quotqꝫ volue
rint in quibꝫ ad discendū est vel studendum
Preterea vnūqdqꝫ altare duobꝫ ornamētis ꝛ
duobꝫ paramētis ꝑpter dies festiuos et feriales
cōtentetur Plura qꝫ nūqꝫ in possessiōe ꝓpria
mōsterij insimul habeant de oībꝫ rebꝫ supra
scriptis De etate intrātiū istam religio
Nulla sororū nem Caplm xix
ante decimūoctauū ānū etatis vnqꝫ
ad istā religionē suscipiat. nec ante ꝯsecra
tionē mōsterium ingrediat etiā si oēs in eā
ꝯsenciāt ante ānum Sz nec aliqs clericorꝫ
seu fratrū ante vicesimūquītū annū eta
tis ꝓfiteat in ista religiōe Qd sorores
non sint ociose. sed laborent tpe debito
Mater dei oē tpus suū Caplm xx
tribꝫ distinxit tpibꝫ Vnū quo deū
laudauit ore suo Aliud quo manibꝫ suis
ei seruiebat Terciū quo corpis īfirmitati
ꝯpaciens necessaria tribuebat ei iuxta mo
dū Sic sorores oī tpe quo diuinis non ītersūt
vel lectioni. vel tale tpus fuerit qd licite la
borare possint. tūc etiā manibꝫ suis laborēt.
vt sicut deo seruiūt ore sic seruiāt et reliqs

mēbris. Et iste labor non sit ad aliquā mūdi
vanitatē. nec ad aliqd lucrū pprium. sed sicut
labor matris dei. pro honore dei et ecclia(rum).
et paupe(rum) utilitate. Oīa tn̄ opa sua faciāt
cū ↄsilio et licēcia abbē. Nūqd christus ipse dn̄s
oīm fuit in mūdo sine labore. Nūqd non la
borauit eūdo docēdo patiēdo. Nūqd apl'i fuerūt
sine labore. qb(us) per oīa potuisset de(us) suffiaē
ter dedisse. s(ed) tn̄ ipi mēbris suis seruierūt
deo suo. ut per laborē corpalem aptiores essēt
ad laborem spiritualem. De mēsura cibo(rum)
Sancti dei non ideo tenēda. Cap. xxi
affligebāt corpus suū. q(ui)a odiebāt il
lud. sed ut temperarent illud ad seruiciū dei. sim
ad quod factū erat. Nec ideo affligebāt. q(ui)a
crederēt se ex eius afflictoē dignos esse absq(ue)
misericordia dei ad regnū dei. Etiā si homo
cēties occideret corpus suū. non tn̄ ex meritis
suis esset dign(us) hr̄e regnū dei. si cum iusti
cia deus pcederet contra eū. Ideo hoc deo cha
rū est et accep tabile. ut homo sic īdulgeat
corpi suo tanq(uam) iumēto īfirmo. put stare possit
in seruicio dei. non ut luxuriet(ur). vel delicijs
dissoluat(ur). s(ed) ut necessitati cū discretioē satis
faciat. et put natura īfirma petit. Ergo
q(ui)a difficulter oēs seruāt modū. Ideo ut ma

iorē occasionē boni habeāt. mēsura oībꝫ
cōstituat equalis nobili et ignobili. pau
peri et diuiti. cui9 mēsure quātitatē noue
rit ille ordinare. qui in se īfirmitates per
experienciā maturā. in vita spūali iam
didicerit. Nulla scire ordinare mēsurā pba
cōe addiscitur. paciēcia et discretiōe pficit

cū confessio re sit fratribus.

De loco vbi ꝯfiteri. cōicare. et loqui debēt moīales. et de rota mōsterij per quā accipiē da et mittēda sūt necessaria. Cap xxij

Sorores ꝯfessioēs suas faciāt ad fene
stras seu crates ferreas ita ordinatas
ꝙ audiri quidē possint. minime autē videri
Cōmunicare vero debēt ad fenestras vbi vide
ri possint pariter et audiri. per quas et cor
pus dnī et calix possit eis libere ministrari
Et qñ de alijs corporis aut aīe cōmodis ꝯfessori
aut alicui pſbyteroꝝ seu fratrū loqui vo
luerīt. tūc ad alias fenestras vbi audiri
etiā possint sed non videri sedeāt. Ibi ppe pa
rietē rota quedā habeatur. per quā accipiē
da et mittenda sūt necessaria. Nulla tamē
sororū ibi aliqua loqui vel audire pſumat
nec accipe aliqua vel emittē sine scitu vel
licētia abbatisse. excepta illa moniali q̄
deputata est ad custodiā eiusdē rote que

officiū suū faciat scd'z formā per abbatissā
sibi traditā. Caueat etiā ibi et in oī loco.
nisi dū cōfessiōes ad fenestras deputatas au-
diūntur. ne aliqua soror ad audiēdū siue
loquēdū alicui sine p̄sencia aliq̄z sororū
īueniat sola. que oīa verba audiāt sicut
ipā. P̄hibeat etiā ne vnq̄ cōfessor seu aliqs
p̄sbyterorz aut fratrū mōsteriū ingrediat.
nisi qn̄ infirmis donāda sunt sacramēta.
Tūc autē ingrediat cōfessor. sed nullo modo
solus. imo aliq̄b9 honestis frīb9 ipm̄ sequē-
tib9. Mortua autē aliqua sorore. oēs p̄sbyte-
ri et frēs cū cōfessore igrediant cū cantu et
orōibus corp9 ad sepulchrz deferēdo. Qd' dio-
cesanus epūs sit visitator hui9 religiōis

Episcop9 in cui9 diocesi Cap. xxiii
mōsteriū est. erit tam sororz q̄z fratrz
pater et visitator. necnon et iudex in oīb9
causis seu casibus sorores et frēs tangētib9
Ipsū deniq̄ oportet ꝯtinue sollicitū et dili-gē-
tem esse speculatorē. si regula et cōstitutiōes
iste in oīb9 pūctis obseruētur. ne cōtingat
hec salubria statuta ab aliquib9 sororz aut
fratrū paruipēdi. Pūceps regni seu terre
in qua est mōsteriū erit respōsalis et defēsor
in oībus necessitatib9. Papa vero sup vtrūq̄.

scz principē terre et Epm erit eoz tutor chari
tatiu9. si eius auxiliū postulauerit. necessi
tate aliq̄ cōpellēte. Nunquāq̄z mōsteriū hui9
relligioīs ꝯstruere voluerit. nullatenus
sine volūtate et licēcia Pape hoc p̄sumat
Deinde istis ꝯstitutōnib9 per papā cōfirmat̄
Inquirāt aliqui deuoti frēs de regulis bene
dicti vel bernardi qui istis ꝯstitutōnib9 addē in monasterio
do inscribāt. quō excess9 sūt emēdandi et quō
sepeliēde sūt psone monialiū et frm ibi mo
rientiū. et qualiter visitabit epūs. et pro q̄b9
casib9 ingrediet mōsteriū epūs vel alie p̄sone
vtputa medic9 vel magistri. q̄ aliq̄ debeant
laborare vel repare in mōsterio Adda tur
eciā de forma electōnis abbē De modo īstitu
tionis officialiū. et exp̄imātur loca in q̄bus
silenciū est seruandū. sicut Ecclia Chor9
Refectoriū Dormitoriū et alia loca ī quib9
silenciū est seruandū Et oīa alia necessaria
ad obseruanciā regularē. que in his ꝯstitutō
nib9 non cōtinēt. ad eaz pfectiōez et robora
tionē assumāt de regulis sup̄dictis De q̄dā
fossa sp in mōsterio debet esse apta. et q̄dā
feretrū añ ingressū ecclie i claustro Capl̄m xxiiij
Fossa q̄dam in mōsterio ad instar se
pulchri. loco debito habeat quottidie

apta. ad quã post terciã oĩ die festo et priua
to egrediãť sorores. et eiciente abbã modi
cum tře de fossa duob9 digitis. legãt psal m
De pfundis. tũ Collečã sub hac forma Oratio.
Dñe scẽ pater qui corpus qđ filio tuo de
vgĩe maria sũpsisti et illesum in tumulo
ↄseruasti. incorruptũ resuscitasti Conserua
q̃sum9 corpa nr̃a mũda et ĩmaculata in
tuo sanctissimo seruicio. dirige viã nostrã
in hoc tpe. vt cum dies iudicij magnus et
terribilis aduenerit. inter sanctos tuos re
suscitentur. et aĩe nr̃e tecũ eternaliter gau
deant et electis tuis sociari mereantur
In nomine patris et filij et spũssãcti Amẽ
Feretrũ quoqȝ cu modicũ tře supimponit.
ante ingressum ecclie iugiter statuať. vbi
ab ĩgredĩetib9 semp videri possit Vt videtes
hoc. memoriã mortis in mẽte habeãt. et co
gitẽt in cordibus suis qȝ terra sunt et in
terram reuertentur.

Finit Regula sancti Saluatoris

0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15
KUNGL. BIBLIOTEKET
National Library of Sweden


0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15
KUNGL. BIBLIOTEKET
National Library of Sweden

0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15
KUNGL. BIBLIOTEKET
National Library of Sweden

0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15
KUNGL. BIBLIOTEKET
National Library of Sweden


16.225
A.538
Riks-Biblioth
STOCKH
Hand
N:o

inches 3 2 1 0

centimeters 0 1 2 3 4 5 6 7

	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15
L*	38.76	65.15	49.61	43.54	55.52	70.42	63.13	40.08	51.75	95.34	92.09	86.92	82.37	72.17	62.32
a*	13.81	19.21	-4.20	-12.89	8.78	-32.39	35.43	10.25	47.36	-0.90	-0.92	-1.12	-1.12	-1.05	-1.10
b*	14.69	17.92	-21.33	22.66	-24.31	-0.48	57.84	-44.77	16.93	1.90	1.46	0.97	0.56	-0.04	-0.01
Density →										0.05	0.09	0.16	0.22	0.36	0.52

	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30
L*	49.61	38.89	28.60	17.97	9.50	4.33	30.32	72.50	72.10	29.51	55.60	43.48	82.02	52.85	50.86
a*	-1.29	-0.23	-1.09	0.04	0.45	0.32	22.13	-22.92	19.51	13.42	-38.46	50.74	3.28	49.90	-27.78
b*	-0.10	-0.48	0.07	0.09	0.25	-0.47	-19.02	56.08	67.85	-47.69	32.19	29.13	78.75	-12.86	-27.68
Density	0.75	0.98	1.24	1.64	1.96	2.38									

D50 Illuminant, 2 degree observer

Don Williams

All values are batch averages

M000873